



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 76. Hieronymi Columnæ Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

ptus videtur. *Ætate provectior to-* Sæc. XVII.  
 tum sese Ecclesiæ Romanæ obsequio A. C. 1666.  
 devovit, plurimumque Sacrarum Con-  
 gregationum Consultor semper luculenta  
 prudentiæ, Religionis, & pietatis signa  
 edidit, necnon Pontensis Ecclesiæ Præ-  
 positus jura libertatemque egregie vin-  
 dicavit, magnamque suarum faculta-  
 tum partem ad ampliandum Dei cul-  
 tum impendit, præcipue vero sumptuo-  
 sum Florentiæ Templum pro Regulari-  
 bus Clericis seu Theatinis a fundamento  
 erexit, ibidemque die decima nona  
 Junii septuagenarius decessit,

## §. LXXVI.

*Hieronimi Columnæ Cardinalis  
extrema.*

Hunc pari mortis necessitate seque- *Vitt. in*  
 batur Hieronymus Columna patria *add. ad Ciac.*  
 Romanus, qui a puero animum ad S. *Rasp. de*  
 militiam propensum præferens, a *Basil. La-*  
 Paulo V. Abbatiam S. Marthæ obtinuit, *teran.*  
 emensoque Compluti studiorum cursu  
 Romam laureatus Doctor reversus, ab  
 Urbano VIII. Cardinalis, ac postea  
 Bononiensis Archiepiscopus renuntia-  
 batur, quam Ecclesiam per duodecim  
 annos moderatus, non modo ampliato  
 Palatio Archiepiscopali, Bibliotheca  
 aliisque fabricis augustiorem reddidit,  
 sed



Sæc. XVII. sed insuper celebratis sæpius Conciliis  
A. C. 1666. restaurata Christiana & Ecclesiastica  
 disciplina, atque eliminatis vitiis, mo-  
 rumque corruptelis ad pristinum deco-  
 rem revocavit: postquam vero annuente  
 Papa Bononiensi Ecclesiæ nuntium mi-  
 ferat, in Hispaniam venire a Philippo  
 Rege rogatus, summa pompa ac bene-  
 volentia ibidem excipiebatur. Adfuit  
 etiam Regi moribundo, cui etiam de-  
 functo iusta persolvit, ipsamque Mar-  
 garitam Austriacam Leopoldi I. Impe-  
 ratoris Sponsam Madrito in Italiam co-  
 mitatus est, ubi vero ad littora Ligu-  
 stica appulerat, vix e navi egressus,  
 violenta febre correptus est, qua etiam  
 mox consumptus, Finarii die quarta  
 Septembris annos natus sexaginta tres  
 mortalitatem exiit, postquam totam  
 sacram suppellectilem magnifico Tem-  
 plo S. Barnabæ a se exstructo in op-  
 pido Marini legaverat, atque argen-  
 teum scabellum B. Virgini Lauretanzæ  
 donaverat: Celebratur hic Cardinalis  
 præcipue ab animi serenitate, sinceri-  
 tate, morumque comitate, prudentia,  
 & pietate: acutus erat in dijudicando,  
 succinctus in dicendo, cautior in ar-  
 gendo, atque insignis virorum doctrina  
 & pietate illustrium fautor, ab omni  
 fastu alienus, suæ tamen, qua præful-  
 serat, dignitatis, honorisque vindex  
 acerrimus. §. LXXVII.